



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

De Abortu. Cap. XXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

82. Observant s. quod licet subse-
quatur matrimonium, remaneat
tamen poena infamiae, excommu-
nicationis, & incapacitatis ad di-
gnitates per Tridentinum inflis-
ta, quæ cum non requirat ali-
quam actionem ad sui exequatio-
nem, ipso facto incurritur etiam
ante Iudicis sententiam *Nu. cōf.*
3. num. 5. de Raptor. Bonacini de
Matrim. q. 4. pun. 18. num. 10: que-
madmodum Raptor tenetur etiā
in tali casu raptam dotare arbit-
rio Iudicis ex dispositione eius.
dem Concilij d. cap. 6. quamvis ad
id non teneatur, nisi fuerit condé-
natus *Nau. in man. cap. 16. nu. 17.*
Bonacini loco cit. num. 10. vers. se- cunda est.

83. Quæres, an Raptor sequuto
matrimonio euitet alias penas
a iure infictas? Respondeat Ricc.
in Collect. dec. 82. par. 1. quod Ra-
ptor matrimonium contrahens
cum rapta non euitat penas a le-
ge ciuili propter raptum imposi-
tas: & hęc sententia mihi vide-
tur verior in punto iuris, quia
textus in d. l. vñ. C. de Rapt. Virg.
expresè prohibet matrimonium
inter raptorem, & raptam, licet
correctus fuerit perius Canonicū
in cap. fin. de Raptor. & Conc. Tri-
dentinum loco cit.

Hęc tamen opinio in tali casu
non seruatur in praxi, vt d. Boff. in
tit. de Rapt. mulier. num. 18. & ideo
alii asserunt, Raptorem tuac nō
esse puniendum poena corporali,
sed confiscatione honorum, ita
Clar. in S. Raptus vers. quero mo-
do E: Suar. relatus in Syntag. opim
comm. tit. de Rapt. Virg. c. 1: vers. 1:

Alij verò dicunt, quod mattri-
monium omnem penam tollit, &
quod in hoc attendi debet ius ca-
nonicum, quod potuit mitigare
penam, ita DD. quos refert, & se-
quitur Boff. loco cit. & hęc senten-
tia benignior quidem est, & ideo
in praxi seruanda, dummodo pre-
cesserit tractatus de nuptijs, vel
sponsalia, & puella consensu in
matrimonium: tunc enim huius-
modi raptus non punitur de iure
canonico, ut in d. cap. cum causa
vbi DD: de Raptor: sequuto tamē
matrimonio, vt supra Ricc. in
Collect. dec. 539. par. 3: & in hoc
corrigitur d. lex. vñ. C. de Rapt.
Virg. quo casu ius canonicum
matrimonij libertati consuluit;
quia aliquando in domo Paren-
tum liberē costrahi non potest,
vt d. Sylu. in ver. luxuria num: 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Crimen Abortus est mixti fori.
- 2 Delinquens in tali casu qualiter
puniatur.
- Clericus huius criminis reus an-
teneatur ante Iudicis sententiā
dimittere officia, seu beneficia,
ibidem.
- 3 Quando dicatur fœtus anima-
tus.
- 4 Anima quando venseatur infus-
sa.

CAP.



C A P. XXXII.

De Abortu.



Rimen Abortus esse
mixti fori, clare cō-
stat ex constitutione
Sixti V. incip. Effre-
natam, quam refert

Quarant. in ver. Abortus.

2 De iure autem ciuili abortum
procurans punitur poena capitisi
abortu sequuto, si foetus sit animatus
1. necare ff. de lib. agn. I. Cice-
roff de Pœn. si vero foetus nondū
animatus erat, is, cuius opera ej-
citur, si sit honestæ conditionis,
amissa bonorum parte in Insulā
relegatur: si humilioris & infe-
rioris sit conditionis, in metallū
damnatur 1. si quis aliquid ff. de
Pœn. vel punitur poena extraor-
dinaria, ut d. Clar. in 9. fin. q. 68.
vers. abortum Megal. in ver. Abor-
tus n. 7. & alij communiter.

Item de iure canonico tam-
quam homicida punitur, si foetus
fuerit animatus cap. consuliſſi 2.
q. 5. & clariss constat ex d. confi-
tione Sixti V. ex qua Clerici
etiam omni priuilegio clericali
officijs, dignitatibus, & beneficijs
ecclesiasticis ipso facto priuantur,
quorum dispositio sedi Apostoli-
ca referuntur, & in futurum in-
habiles redduntur ad ea, & alia
etiam simplicia obtainenda; sive
etiam irregulares, quia in tali ca-
su verum homicidium commit-
tunt d. c. consuliſſi Syls. in ver.
abortus Dian. par. 7. tr. 5. ref. 4. Un-
de eos depositos, ac degradatos

Curię sœculari tradi iussit idem
Sixtus V. in d. constitutione, vt eodem
supplicio puniantur, quod contra laicos verēhomicidas per
Diuinās leges, ac ciuilia iura
est dispositum; & ideo non po-
test ordinarius cum suis subditis
dispensare in huiusmodi irregula-
ritate, quia hec oritur ex homi-
cidio voluntario, quæ à Conc. Tri-
dentino ſeff. 24. de ref. cap. 6. exci-
pitur, ut notat etiam Dian. par. 7.
tr. 5. ref. 21:

Incurrunt etiam tales Delin-
quentes infamiam, si delictum no-
torium fuerit notorietate iuris,
vel facti Lezan. in Sum. to. 3. in
ver. Abortus num: 15.

Eisdem poenis subcyuntur, qui
funt in causa, vt partus tam im-
mature prodeat, vt diu viuere
non possit: iſi enim abortum
causare dicuntur, ac ceſentur
veri homicida Flau. Cherubin. in
Compend. Bull. in constit. 87. Six-
ti V. ſchol. 2. & alij, quos refert
Lezan. loco cit. num: 21.

Obſerua tamen, quod huiusmo-
di delinquentes non tenentur in
foro conscientiæ dimittere officia
ſeu beneficia ante Iudicis ſen-
tentiā declaratoriam, ut dicunt
DD. apud Dian. par. 7. tr. 5. ref. 17.
& 18.

Obſerua 2. quod nomine officio-
rum, quibus per dictam confi-
tutionem Sixti priuantur tales
delinquentes, intelliguntur mu-
nera habentia administrationem
rerum, vel personarum ecclesias-
ticarum cum superioritate, qua-
lia ſunt officia habentia iurisdi-
ctionem ordinariam, ut Gene-
ralis,

ralis, Provincialis, Superioris localis, & Vicarij: vel delegatam ratione certi officij, seu personatus, vel ita, vt sint in ea maiores Ordinarij, vt visitatores Provinciarum Sorb: in ver. ingredi monasteria num. 3. Bonac. in tract. de largin. mun. pun. 5. num. 2. Dian. loco cit. ref. 27.

Item procurantes abortum, si ue ad illum opem, consilium, fauorem, potionem, vel alia cuiuscunque generis medicamenta, scienter praestantes, seu dantes, excommunicationem ipso facto incurrit ex constitutione Sixti V. supra cit. ab hac tamen censura excusat ignorantia iuris, vel facti, etiam si ignorantia non sit probabilis, sed vincibilis, crassa supina, vel etiam affedata, quia summus Pontifex adiecit particulam, scienter, quæ quamlibet ignorantiam excludit, modò cum ingenti temeritate coniuncta nō sit, vt dicit Bonac. de Censur. in part. disp. 2: q. 2. pun. 10. num. 10.

Sed hæc procedunt, dummodo sequatur abortus fetus animati, quia quoad pœnas procurantū abortum fetus inanimis, & exhibentium mulieribus, vel sumendum venena sterilitatis aut quo cunque modo auxilium, vel consilium eis dantium constitutionē Sixti in ea parte, vbi de his agit, ad terminos iuris communis reduxit Greg. XIV. sua constit. incip. Sedes Apostolica, quā refert. Quarant: in ver. Abortus Bonac. loco cit. d. pun. 10. nec predicta excommunicatione est reseruata, sed ab ea potest absoluere qui quis Presby-

ter tam secularis, quam Regule-
ris ad confessiones audiendas, &
ad hos casus specialiter per loca
ordinarium deputatus ex d. con-
stit. Greg. XIV.

Oseruat autē Bonac. de Cen-
sur. in part. d. disp. 2: q. 2. pun. 10. nu-
m. 16. quod censetur ad hunc casum
specialiter deputatus non solum
qui facultatem habet in individuo
absoluendi ab excommuni-
catione propter abortum contra-
cta, sed etiam qui habet faculta-
tem absoluendi ab omnibus cen-
sulis, & excommunicationibus
Episcopo reseruatis: quæ quidem
sententia probabilis videtur, quā-
nis Lezan. in Sum. to. 3. ver. Abor-
tus num. 7. & alij apud Dian. par.
7. tr. 5. ref. 15. contrarium sentiant.

Dicitur verò fetus animatus in masculo post 40. dies, in femina post octuaginta à conceptione Nati. in man. cap. 15. num. 14. Quarant: in ver. Abortus Bonac. de Censur. in part. disp. 2: q. 2. pun. 10. num. 7: Dian. p. 7. tr. 5. ref. 6. Lezan. in Sum. tom. 3. ver. Abortus nu. 10. & si dubitetur an masculus sit, vel femina, fetus præsumitur animatus in foro animæ, in quo via tutior est eligenda Quarant. & Lezan. locis citatis. Vnde delin-
quens in tali casu debet se repu-
tare tamquam irregularem, ac proinde absolvire debet ab ordi-
natum susceptione, & administratio-
ne; hec enim intrinsecè inclu-
duntur in irregularitate, Dian.
par. 7. tr. 5. ref. 24. Barbos. de offic.
& pot. Episc. par. 3. all. 51. num. 138.
secus verò quoad alias pœnas, quæ
à Iudice solent imponi pro con-

Aaaa tracta



tracta irregularitate qualis est priuatio beneficiorum, & alie similes, quia pena ordinaria statuta delicto certo non est impornenda delicto dubio, sed extraordinaria arbitrio Iudicis produbij qualitate. Dian: ubi supra ref. 25, ubi citat Sanch: in Sum: 10. 1.lib. 1. cap. 10. num: 43. & 48. figurund: in Decalog. tom. 1.lib. 2: cap. 10. 10: num: 15; sive in ac: quæst. 122: nro. 138. & alios.

Sed in foro externo, & contéctioso fetus in dubio præsumitur potius inanimatus, quam animatus. l. interpretatione ff. de Pæn. Sylu: in ver: Abortus Lexin. loco cit. num: 18. Add: ad Quaranti: loco cit: vers: sadde, & alij apud Barbosil: ill. 5. 1. num. 139. Megal: in eodem ver: Abortus num: 3. & est communis opinio:

Notandum est etiam, quod anima censetur infusa sive in Mare, sive in feminâ, si fetus linea menta omnium membrorum habebit cap: Moyses 32: q: 2. Add: ad Quaranti: in ver: Abortus littera A: ubi citat Burg: in tract: de Irregular: par: 6: tit: de Venetiis: sub: n. 14.

S V M M A R I V M.

- 1 Adulterium quando sit mixtum fori.
- 2 Adulterium quomodo probetur
- 3 Adulteri qualiter puniuntur de iure ciuili.
- 4 Item qualiter plectantur de iure canonico.
- 5 In quibus casibus mulier adultera dotem non amittat, ibidem
- 6 Ex confessione adulterii incidit

ter facta non potest sequi con demnatio: limitatur num: 6.

7 Filius, qui nascitur ex uxore adultera, præsumitur filius mariti.

8 An facta separatione quoad thorum virtuteatur uxore alere.

9 Clericus adulteri qualiter puniatur.

Laici, vel clericis rem habentes cum muliere nupta qua pena plectendi sint.

Quid si quis inferant meretrici libidinis causa.

12 An laici contrahentes binas nuptias viuente alio coniuge possint ab utroque Iudice puniri.

13 Qua pena plectantur Religiosi, seu clericis in sacris constituti magistrorum contrahentes.

C A P. XXXIII.

De Adulterio.

Adulteri crimen est mixtum fori, ut constat ex cap. perniciosem de officiis ordin: I. quæsus & auth. sed hodie C. ad 1: Iul. de Adul. I. qui sententiam C. de Pæn. & est communis sententia, ut d. Alciat. in d. cap. perniciosem num: 18. Dian: par: 4. tr. 1. refol: 16. Rice: in collect. decis: 2076. par. 5. E. Saar. relitus in Syntag. opin: commun. tit. de Adulter. cap: 2. quod intellige, quando agitur de hoc crimine ad legitimam penam infligendam; secus si agitur ad separationem thori propter adulterium faciendum: tunc enim solus Index ecclesiasticus est competens capitula de procur: